




BIBLIOTHECA
UNIVERSITATIS
CRACOVENSIS

585947

Mag. St. Dr.

I



16.

17509 T



(Excellenti Domino
PAVLO HERCIO
 CVRZELOVIENSI
 licentiam petendi Doctoratum
 in Philosophia fumentis

A

Magnifico atq; Admodum Rúdo,
D. IACOBO IANIDŁOVIO
 I. V. D. ET PROFESSORE, VNI-
 versitatis Cracouiensis Procancellario di-
 gnissimo: Canonico Sandecensi, Proto-
 notario Apostolico. &c.

SAMVEL ADAMIDES SCARBI
 miriensis offert.



Suble...

... 307

CRACOVIAE,
 In Officina Typographica Francisci Cesary,
 Anno Domini, 1618.

Grasso et Magro Du Thiclas May 28 1618 et factis in
Paulo...

Excellenti Domino,

PAULO HERCIO CVRZELOVIENSI,
Samuel Adamides Scarbimiriensis.

S. P.

Circuli poëtici quadraturam poëticam tibi offero, Paule charissime, simul cum prefixo carmine. In quo amorem in te meum agnosces. Scholano aliquot ab annis cõiunxit, circulis numerisq; referta. Hoc igitur quod egisti, agisq; non segniter, inculcare amor iussit. Constitue-ram equidem nil aliud quàm numeros & dimensiones tractare. Sed ecce dum audio numeros quosdam oratorios & poëticos, dimensiones quasdam oratorias & poëticas esse, animus consilere non potuit, quin aliquando à numeris & dimensionibus Mathematicis ad quantitates oratorias & poëticas se demitteret. Audiuimus non semel, unam esse quantitatum scientiam generalem: applicari tamen eam quemadmodum cælo, stellis, terra, campis, ita verbis & syllabis posse. Hoc à xpo-apa, ad Geometriam in vocibus exercendam me excitauit. His enim etiam sua quantitas est. Nemo uti spero iudicabit aliquam hic per-á-βacw eis αλλο γεως esse. Rudimenta olim doctrina fuerant in Geometria & Arithmetica. Etiam nunc sunt, si attente consideremus. In ludo Grammatices pueri dum carmina tractant, aëra metiuntur: quid enim aliud est vox? Iure itaq; meo vtor. Tu quantulumcunq; mu-nus istud est, boni consule, & me ama. Vale.

BIBLIOTHECA
VNIuersitatis
CRACOVENSIS

585947

I

O Paule nunc animo est opus, nunc pectore
Firmo: labor superandus est magnus tibi.
Poscit lacertos Herculis sapientiæ
Studium coruscas per domos cœli situm.
Pœniteat haud te propter hoc discrimina
Subire multa: laboribus vendit Deus
Quodcunque cernis vsquam pulchri boni.
Quid melius entheo bono sapientiæ?
Quid veritate pulchrius? si istam tenes
Animam tenes sapientiæ. Quæres vbi
Sit veritas? sapientiæ quæ sit domus?
Puteo perhibet altissimo Democritus
Mersam: sed haud credas: luto non mergitur
Cœleste donum: summa petit, Astra a quò
Terram relinquens impiam euolauerat.
Rerum parens natura sublime dedit os
Nobis: tueri & iussit astra lucida.
Hæc inter alma veritas, sapientia hæc
Inter latet: queis ecclitus mens est data
Videre possunt: ter beati qui vident
Inertiæ non impediti compede.
Non bruta vento plena possunt fumido

Queis cœlitus negata mens : sagax homo
Illustre cui cœlum patria (quondam bene
Dixerat Anaxagoras , manu monstrans , nitens
Cœlum : Mihi curæ est patria) solus potest
Si quærat inter astra : nam fixas humi
Caligo mentes cœca per spinas agit
Opinionum , deuiasque semitas.
Illa illa Paule nata cœlo veritas
Tuum perurat pectus operæ conscium.
In astra niti certa per vestigia
Contende : nec quiesce , nam immensa est via
Hinc cœlū in vsque. Quam voluptas maxima est
Tellure spreta cernere igniferos globos !
Iuuat annui quam circulatoris domum
Altam tueri , mensium bis sex patris !
Attende verò quid velim te maximè.
Non vana vaticinia ab astris detrahes,
Perplexa cœcis semper ambagibus : ijs
Rudis popellus fascinator plurimùm
Fæce à Mathematicorum inerudita. Age
Tu , sume radium , sydera que surgentia
Describe cœlo , machinæ que clymata,

Hoc

Hoc scilicet metire punctum paruulum
Binas sed alas appares tibi velim
Nitare queis in arduas istas vias.
Sit vna Arithmetica, Geometria altera;
Quas iure dius Plato pennas nominat
Queis euolamus ad apicem Matheseos.
His subuolans, infame nomen haud dabis
Vt Icarus ponto, poli per templa sed
Securus incedes, dein venies retrò
In solida terræ, peruidebis angulos
Quoscunque vastus orbis vsquam occulit.
Ergo age, prehende auibus bonis radium manu,
Bipesprehendens illud organum in simul,
Vnoque stante pedunculo fer alterum
Patentis orbis per vias etiam inuias,
Vbiq̄ue doctus facere plenos circulos.
Vide quid aio: vbiq̄ue fac, volo, circulos,
Imò & quadrata plena, plana, stabilia,
Per & probos mores, per & scientias,
Per & itera poetica, metra argutissima,
Quorum figuram subijcio oculis tuis.
Horum est idea perfecta noster circulus.

Engyrotortefolcyclosetrotorign E
Engyrotortefolcyclosetrotorign
gn Engyrotortefolcyclosetrotorig
ign Engyrotortefolcyclosetrotori
rign Engyrotortefolcyclosetrotor
orign Engyrotortefolcyclosetroto
torign Engyrotortefolcyclosetrot
otorign Engyrotortefolcyclosetro
rotorign Engyrotortefolcyclosetr
trotorign Engyrotortefolcycloset
etrotorign Engyrotortefolcyclose
setrotorign Engyrotortefolcyclos
osetrotorign Engyrotortefolcyclo
losetrotorign Engyrotortefolcyc
closetrotorign Engyrotortefolcyc
yclosetrotorign Engyrotortefolcy
cyclosetrotorign Engyrotortefolc
lcyclosetrotorign Engyrotortefol
olcyclosetrotorign Engyrotortefo
solcyclosetrotorign Engyrotortef
esolcyclosetrotorign Engyrotort
tesolcyclosetrotorign Engyrotort
ortesolcyclosetrotorign Engyrot
ortortefolcyclosetrotorign Engyrot
otortefolcyclosetrotorign Engyrot
rotortefolcyclosetrotorign Engyrot
yrotortefolcyclosetrotorign Engy
gyrotortefolcyclosetrotorign Eng
ngyrotortefolcyclosetrotorign En
Engyrotortefolcyclosetrotorign E

Lectori S.

LECTOR. *In circulo poetico ad quadrum redacto nihil est distortum. Sit amen Grammatici insurgant, & hac parte depressum, ista tumentem dicant, satisfaciamus. Circulum sic pone: En gyro torte sol cy. Igni vidbitur fieri iniuria. Rursus: yclos et rotor igne: gyrare in aquiliter solem iudicabunt. Verum nihil periculi. Operositas carminis (vt omittam mysteria, quæ à solis motu sumuntur) sola poterat excusare; qua etiam olim sua carmina reciproca Ioannes Lascius apud Illustrissimum & Reuerendissimum Dominum Petrum Tilicium excusabat. Sed commutatione Gometris vsitata Grammaticis satisfaciamus. Pone circulum. En gyro torte sol cyclos et rotor igne. Reuolue eundem: & videbis quantum gyro detrabitur, tantum igni addi. Commuta & transpone, nulla fiet vtrique voci iniuria. Et id non sine mysterio. Tam gyri seu circuli, quam ignis natura est admiranda. In vtraque hæremus. Vale, & plura de hoc circulo expecta.*



1870

TO THE HONORABLE SENATE OF THE STATE OF NEW YORK
IN SENATE, January 15, 1870.
REPORT
OF THE
COMMISSIONERS OF THE LAND OFFICE
IN ANSWER TO A RESOLUTION PASSED BY THE SENATE
MAY 10, 1869.
ALBANY: PUBLISHED BY THE STATE PRINTING OFFICE.
1870.

